

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 3006

**Auteur(s) :** Édouard, fils du roi Henri III d'Angleterre [autre]

**Bénéficiaire(s) :** Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

**Genre d'acte :** bref/mandement

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1260, 2 novembre

**Lieu d'émission :** Bermondsey

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Lettre d'Édouard, fils aîné du Roi d'Angleterre, adressée aux dignitaires du Royaume. D'enquête faite par Drouet de Barentin, Bailli de Jersey et de Guernesey, il avait appris que les moines du Mont St Michel avaient perçu anciennement la quatrième partie du varech en Guernesey, et dans l'île de Jersey tout le varech de mer par toute la terre qu'ils possèdent dans ladite île ; en conséquence il veut que les moines jouissent en Jersey de tout le varech excepté du varech de leur terre de St Clément, à moins qu'il ne prouvent leurs droits à cet égard.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 16bis, p. 28-30.

Texte établi d'après a

Edwardus illustris Regis Anglie primogenitus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, prepositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem. Quoniam per inquisitionem quam per dilectum et fidelem nostrum Drogonem de Barentino tunc ballivum nostrum insularum de Gerseyo et Gernereyo fieri precepimus accepimus quod abbas et monachi Sancti Michaelis de periculo maris ex antiqua et approbata consuetudine percipere consueverunt temporibus predecessorum nostrorum Regum Anglie et dominorum insularum predictarum quartam partem tocius wrecci maris in omnibus locis insule nostre de Gernereyo tam illius wrecci quod per se et sine alicujus auxilio venit ad litus maris quam illius quod per auxilium aliquorum coadjuvantium trahitur ad litus et quod intus Walium et Lyhou et Guetehou totum wreccum et omnes aventuras maris per visum ballivi predictorum Regum similiter percipere consueverunt exceptis auro, serica non operata, escarletta non scissa, et palliis de escarletta novis sine tachiis, que ad Regium pertinent dominium ; et quod in insula de Gerseyo percipere consueverunt totum wreccum maris per totam terram suam quam habent in eadem insula : volumus et concedimus pro nobis et heredibus nostris quod predicti abbas et monachi et eorum successores habeant, percipiant et possideant sine impedimento aut calumpnia nostri vel heredum aut ballivorum nostrorum quartam partem tocius wrecci maris applicantis per se sine alicujus auxilio et eciam per aliquos coadjuvantes ad litus adducti in omnibus locis insule nostre de Gernereyo et quod intus Walium et Lyhou et Guetehou percipiant totum wreccum et aventuras maris per visum ballivi nostri qui pro tempore fuerit salvis nobis auro, serica non operata, escarletta non scissa, et palliis de escarletta novis sine tachiis ; et quod in insula de Gerseyo percipiant totum wreccum maris per totam terram suam quam habent in eadem insula, salvo nobis wrecco in terra sua que est in parrochia Sancti Clementis in eadem insula et heredibus nostris nisi nobis monstrare poterint alias rationabiliter

quod ipsi illud habere debeant de jure. Et prohibemus ne contra hanc nostram concessionem in aliquo vexentur in posterum. Hiis testibus dominis Henrico filio Nobilis Regis Alemannie, Rogero de Leyburne, Henrico de Bathone, Drogone de Barentino, Willelmo de Chaeny, Adam de Gesemuth, Johanne Burdet et aliis. Datum per manum nostram apud Bermundeseye secunda die Novembris anno regni domini Regis patris nostri quadragesimo quarto.